



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

Cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

CAP. XV.

5. *Deus patientia & solarij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt vnanimis vno ore honorificemus Deum.*

Locus iste & moralis est, de seruanda vnitatem fidei & animorum, ad hoc vt orationes nostræ Deo gratæ sint; & ad doctrinã

valet, ne cum hæreticis aut schismaticis vnquam orationes iungamus. Hanc vnitatem ipsa oratio Dominica docet, in qua dicere iubemur, *Pater noster*. Hanc Christus in Euã-

gelio docuit, dicens: *Si duo ex vobis consense-*

rint super terram, de omni re, quacumque petierint, fiet illis à Patre meo. In quæ verba Cyprianus: *Vnanimi-
tatem prius posuit, concordiam pacis antè præmisit, vt conueniat nobis fideliter & firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire, qui cum corpore ipsius Ecclesiæ & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Hæc ille in libro de vnitatem Ecclesiæ. Sic & S. Augustinus: Ille in templo Dei orat, qui orat in pace Ecclesiæ, in vnitatem corporis Christi, quod constat ex multis credentibus in toto orbe terrarum.* Hæc ille.

Orationem verò omnem quæ extra vnitatem & charitatẽ fit, sacrilegam esse, non fructuosam, Propheta docet, dicens de malignante: *Fiat oratio eius in peccatum.* Denique hanc doctrinam annotauit ad hunc locum Calui-

nus,

Præfat. enarr. in Psal. 110.

Psal. 108.

nus, rectissimè quidem, sed in caput suum,
 vt ferè redundant omnia quæ rectè & ortho-
 doxè scribit. Quò magis (inquit) commendabi-
 lem reddat Apostolus consensionem in Christo, docet
 quantopere illa sit necessaria: quando non verè à
 nobis glorificatur Deus, nisi in ipsius laudem corda
 omnium consentiant, & lingua etiam concinant.
 Non est ergo quòd iactet quisquam se Deo gloriam
 daturum suo more. Tanti enim Deo est seruorum
 suorum vnitas, vt inter dissidia & contentiones glo- ^{Sordes}
 riam suam personare nolit. Hæc vna cogitatio satis ^{suas Calv.}
 cohibere debebat insaniam contendendi, rixandi que ^{depradi-}
 lasciuiam, qua multorum animos hodie nimium oc- ^{cat.}
 cupat. Hæc ille, suas nobis maximè turpitu-
 dines & sordes decantans. Dissidia & con-
 tentiones in Ecclesia Dei nemo magis exci-
 tauit quàm Calvinus, qui Lutheranorum &
 Cinglianorum prætena reformatione, sed
 profanis nouitatibus non contentus, sua no-
 ua placita permulta in orbem induxit, no-
 uamque Calvinistarum sectam, cæteris nunc
 potentio rem sua contendendi & rixandi la-
 leiuia erexit: qui sua Consistoria (nouum
 ac singulare ipsius commentum) non Gene-
 uensibus tantùm maxima contentione ob-
 trusit, sed & in totam Galliam, Angliam,
 Scotiam, ac Poloniam inferre totis viribus
 conatus est: qui denique precandi formulas
 toto genere à reliquis Protestantum conuen-
 ticulis diuersas præscripsit: qui postremò
 paucissima cum alijs cõmunia habere, sed in
 Ecc 2 omnibus,

omnibus, quibus potuit, singulariter sapere
voluit.

15. *Audaciùs scripsi vobis, fratres, ex parte; tã-
quam in memoriam reducens vos.*

Scripturæ
omnē do-
ctrinā non
comple-
tuntur.

HAereticorū hodie temeraria sententia,
qua omnem fidei doctrinam in Scrip-
turis contineri asserunt, vel ex hoc loco re-
futari potest. Hæc enim verba docent, Pau-
lum Apostolum in hac epistola, tamen ma-
ximè dogmatica & valde morali, non tamen
ita scripsisse, vt eorum quæ tractat vel dog-
matum, vel ad mores, omnem necessariam
doctrinam tradere & complecti voluerit, sed
tantum vt de huiusmodi Romanos iam cre-
dentes, & vt ipse dicit, *omni scientia repletos*,
commonefaceret de ijs quæ iam crediderant;
& scribens ex parte, vt dicit, quasi que com-
pendio; quia verbum sapienti sat est. Sic D.
Matthæus à Iudæis recedens, scripsit illis suum Euā-
gelium, quasi aliquod memoriale doctrinæ & prædi-
cationis suæ illis relinquere volens, vt scribit Eu-
sebius in Histor. Ecclesiast. Sic Marci Euan-
gelium monumentum erat prædicationis à Petro
apud Romanos factæ, & illis relictum, vt idem
scribit Eusebius eodē in opere; & D. Chry-
sost. in Matth. vbi de omnibus Euāgelij di-
cit, *admonitionis causa illa scripta fuisse*. Nepe-
tota fidei & morum doctrina per prædicatio-
nem tradita & explicata fuit; eius aliquæ
partes, & quidem per compendium, ab
Apostolis

Lib. 1.
cap. 24.

Lib. 2.
cap. 14.
Homil. 1.

Apostolis per occasionem scriptæ fuerunt, vt omnium epistolarum Apostolicarum argumenta declarant.

CAP. XVI.

11. *Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.*

Aliquid hîc fermenti admiscere Caluinus voluit, quò & hanc quoque massæ Apostolicæ partem inficeret. Quia hic Narcissus Neronis libertus fuisse videtur Romæ agens, ansam ex eo cauillâdi arripit. Nimis indignum (inquit) esset, in tã longo catalogo Petrum præteriri, si tunc Romæ fuisset. Atqui fuisse oportet, si Romanensibus creditur. Porro si in rebus dubijs nihil melius est quàm probabilem coniecturâ sequi; nemo, qui mediocriter iudicabit, persuadetur verû fuisse quod affirmant. Nunquã enim à Paulo fuisset omis-
sus. Inepta & putida cauillatio est. Tamen si Petrum Romæ 25. annis cathedram tenuisse scribat D. Hieron., totaque Antiquitas Petrum Romæ & prædicasse & martyrium obiisse vnanimi cõsensu attestetur (ipsa testimonia alibi protulimus) non sequitur tamẽ
Petrû Romæ sedisse
In 1. Petr.
(vt ineptè nugatur Caluinus) oportere eum Romæ tunc fuisse quum hæc Paulus scriberet; quando nemini dubium esse potest, sic Petrum aliosque Apostolos certis in locis sedes suas posuisse, vt non tamẽ in illis perpetuò residerent; verùm pro Apostolatus
sui

Ecc 3

sui